



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

70 Absolvere potest quilibet sacerdos approbatus in articulo mortis à
quibuscunque casibus reservatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

collatione, electione, præſentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competit, tandiu ſunt ſuſpenſi, donec à Summo Pontifice obtinuerint abſolutionem, & beneficia recipientes eiſdem pœnis ſubijciuntur, & qui ſic ſuſpenſi, conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere præſumunt, excommunicationis, quo ad perſonas, quò vero ad capitula, & conventus, à divinis ſuſpenſionis ſententias ipſo facto incurrunt, à quibus nemo, præter Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, abſolvere poteſt, §. cæterum. & §. qui verò, ead. §. 8. conſtit.

69 Nec ꝑ parochialibus vacantibus per reſignationem Episcopus poteſt eligere ſuum familiarem, vel conſanguineum, licet in concuſſu eſſet magis idoneus, immò, non debent admitti ad concuſſum propter dictam conſtitut. Pij V ut aliàs fuiſſe iudicatum in una cauſa Paduan teſtatur ſacr. congreg. ſuper eod. c. 18, in deciſ. ſub tit. Cremenen. que incipit: Advertendum.

70 ꝑ Minuſque poteſt, etiam quod accedat conſenſus patronorum, beneficium juris patronatus, quod in fundatione ordinem ſacerum annexum habeat, aut perſonalem reſidentiam requirat, non Sacerdoti, aut alteri, qui reſidere non poſſit, conferre, quidquid in contrarium caveatur de jure communi ex ſententia Abbatis in cap. cum acceſſiſſent, numer. 5. ubi doct. omnes de conſtitutio. quia concil. Tridentin: ſtatuit quod, quando ex beneficiorum quorumcunque erectione, ſeu fundatione, aut alijs conſtitutionibus,

viſio ſubreptitia conſeatur, ut in cap. 5. de reſor. ſeſſ. 25 & ita ſuper eo. cap. fuit à ſacra congreg. conc. deciſam, ut in eadem deciſion ſub. ver. derogatur Nam per hoc decretum fuit jus antiquum reformatum, quia ultima derogant prioribus.

71 Magnus ꝑ Magiſter ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani, conventus Prior Eccleſiæ, alijsque Priores, & Præceptores ejuſdem ordinis, intra limites ſuarum jurisdictionum ſunt veri Ordinarij, ut in Bulla Pij IV. in d. Bull. impref. c. 14 circa fin. verſ. & ipſi Magiſtri.

72 Pari modò ꝑ Magnus Magiſter ordinis Sanctorum Maurij, & Lazari, conventus; necnon prior Eccleſiæ, alijsque Priores, & Præceptores intra limites ſuarum jurisdictionum, & adminiſtrationum veri Ordinarij exiſtunt, ut in Bull. Pij IV. de qua in eo Bull. c. 126. pag. 859. Et ideo proviſi ab ipſis de beneficijs, & commendis habent collationem ordinariam, & multò magis eſt privilegiata collatio auctoritate ordinaria facta, quàm collatio facta ab inferioribus collatoribus vigore privilegiorum, quia collatio ordinaria tribuit ꝑ titulum coloratum, ex juris diſpoſitione. Lap. alleg. 16. nu. 2. & Oſalc. deciſ. 54 nu. 6. & 7. qui autem habet collationem vigore privilegij tantum, tenetur etiam privilegium verifi-
ficare, cap. accepimus, de ſil. inſtrum. c. porrò, capit. recepimus, de privileg. auth. de mand. prin. §. deinde, verſ. ſi quis autem, Abb. in d. cap. porrò numer. 1. & Pariſ. conſ. 95. nu. & vol. 4.

74 Nam etiam, ꝑ vigore ſtatutorum, Magiſter ordinis San. Joannis Hieroſolymitani regulariter quolibet quinquennio unam commendam cujuſlibet Prioratus, & quam malluerit, conferre poteſt, adeo